

www.e-rara.ch

Antonini Liberalis Transformationum congeries

Antoninus

Basileae, 1568

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-153>

Antigoni mirabilium narrationum congeries: Guilielmo Xylandro Augustano interprete

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

ANTIGONI MIRABILIVM NARRA-

tionum congeries:

GVILIELMO XYLANDRO

Augustano interprete.

I.



IMAEVS, is qui Siculas cō-
 scripsit historias, memorię mā-
 dauit, apud Regium, ad annē
 Halecē, qui Locros à Reginis
 distinguit, cicadas qui in Locrensi sunt
 regione canere, Reginorū cicadas voca-
 les nequaquā esse. Atq; aliud hoc ipso
 fabulosius narratur. Venisse Delphos à
 Regio Aristonem, à Locris Eunomum,
 citharædos ijs de sorte controuersiam
 incidisse: cum ille sibi potiores partes
 vindicaret, quòd tota Reginorum colo-
 nia esset Delphis & deo auspice dedu-
 cta: hic verbis insectaretur, & omnino nō
 cōuenire ijs cithara canere diceret, apud
 quos ne cicadæ quidē canerent. Cæterū
 Regino in certamine laudem inuenien-
 te, Eunomus Locrensis hac de causa vi-
 cit: cum caneret, cicada in lyrā ipsius in-
 uolans cecinit. ad quod factum concio
 clamo-

clamorem sustulit, & victorem pronun-
ciauit. Aliud quoq; apud Reginos II.
fabulæ loco narratur. Herculé quodam
eius regionis loco somno se dedisse: cūq;
obturbarent cicadæ, imprecatum ijs esse
vt obmutescerent. Cephalleniam III.
quoq; fluuius diuidit, cuius ab altera par-
te sunt, ab altera non sunt cicadæ. Et IV.
Seriphi ranæ mutæ sunt. & fabula ea de
re apud Seriphios quoq; obtinuit: vtq;
ab illis ad Herculé, ita ab his res ad Per-
seum refertur. Myrsilus, qui Lesbia- V.
ca composuit, in Antissæa perhibet re-
gione (quo loco fabulæ aiunt sepultum
esse Orphei caput, idq; sepulcrum inco-
læ ibi ostendunt) lusciniæ, quàm alibi,
melius canere. Atq; hoc discrimi- VI.
nis cōpetit etiam in Atticos & Bæotos,
qui feruntur, perdices: quorū istos voca-
les, hos admodū exilivoce esse, in cōfesso
est. Peculiare hoc est intestinis ouīū: VII.
quod arietū, non edunt sonū: sed femel-
larū tantū, sunt vocalia. Quò respe-
xisse etiā poëtam, aliquis possit censere,
vtpote curiosum vbiq;, & exactæ dili-
gentiæ, dum ita canit:

Septem femineos nervos intendit ouillos.

Non minus his mirabile, magis etiam VIII.

h 4 vul-

vulgatum est: spine genus in Sicilia esse, quod appellatur Cactus: quam si ceruus calcet, & saucietur, ossa eius nullū sonū edere posse: ideoq; ad fistulā inutilia fieri. Vnde etiā Phileras de ea hæc exposuit:

Atq; cuitato cacti mihi vulnere acuta,

Argutum carmen mortua cerua canat.

IX. In Lemniorum insulis, quæ Neæ seu

3 Nouæ vocantur, neque nascuntur per-
dices: & si importentur, pereunt. Qui-
dam prodigiosius narrant, mori eas, si

X. vel conspiciant eam terram. In

Bœotia magna est talparum multitudo:
in solo Coronico agro id animal nō na-
scitur, illatumq; moritur. sicut & vlulæ
in Creta: quam insulam ferunt nullum

XI. lethale animal tolerare. In Astypalæa

serpentes non nascuntur, neq; lepores in

4 Ithaca, neq; in Africa sus siluestris, neq;

cerui, neq; felis in Renia Delo propin-

XII. qua: neq; Meleagris alibi vsquam con-

spicitur. Amelesagoras Athenien-

sis, qui Atticæ descriptionē condidit ne-

gat ad arcem aduolare cornicem: neq;

esse ait vllū, qui dicere possit se id vidisse.

*Erichthonij
fabula.*

Causam ipse fabulosè refert. Mineruā

Vulcano in matrimoniū traditā, cū eū de

cū ipso intrasset lectū, euanuisse. Vulcanū

in

in terrā cōcidisse, ac semē profudisse. terrā deinde Vulcano Erichthonium edidisse: huncq; à Minerua enutritū, in cistam inclusum, traditumq; Cecropis filiabus Agraulo Pandroso & Ersæ, ut asseruarēt: mandatumq; ne cistam ante suum aduētum aperirent, ipsam ad Pellenem abijisse, montis apportandi causa, quem propugnaculi loco ante arcem collocaret. Interim Agraulum & Pandrosos cistam aperuisse, & conspexisse circa Erichthonium duos serpentes. Mineruæ mōtem ferenti, cui nunc Lycabettus nomē, obuiam factam cornicem, & renunciaffe, detectum esse Erichthonium. deam hoc audito, montem eò loci ubi nunc est situs, abiecisse: cornici autem ob malum nuncium dixisse, Nefas esse eam in arcē intrare. In Scythicis regionibus, et apud Eliā, mulus nō nascitur. Theopompus, apud Chalcidenses, qui sunt in Thracia, locum esse quendam scribit, ea natura, ut quęcunq; intrent animalia, salua rursus exeant: cantharus autem nullus inde effugiat, sed omnes in orbem circumagitati pereant. itaq; à peste cantharorum, loco nomen esse Cantharolethron. Cranone, Thessalię vrbe, a-

XIII.

XIV.

XV.

iunt duos tantum esse coruos. Itaque etiam publici eorum hospites, cum (qui mos est omnibus urbibus) suis scriptis, in sine urbis subijciunt, pingunt duos coruos curru æreo insidentes: quod his plures ibi nunquam sint visi. Currus autem (nam hoc quoque mirum alicui videatur) additur hac de causa. Inter sacra donaria curru feruant æreum: quem, ubi siccitas incidit, pulsant, & aquam à Deo postulant, atque impetrant. Addit his aliquid singulare Theopompus. Coruos nimirum tantisper Cranone morari, dum pullos educunt: eo facto, ipsos relictis

xvi. Cranone pullis discedere. Narrat

Ctesias aliquid huic historiæ ad simile, quod Ecbatanis & in Persia fiat. Sed quia multa is mentitur, nos decerpere eam narrationem, cum monstrosa uideatur, omisimus.

xvii. Myrsilus Lesbicus, in monte Lepetymno ait fanum esse Apollinis, ac sacellum Lepetymni, in quo, sicuti Cranone, duo tantum sint corui: cum non pauci in vicinia sint.

xviii. In Latmo Cariæ, Aristoteles scribit, scorpiones, si quem peregrinum feriant, medio criter lædere: si quem incolarum, necare.

xix. Inter Afros quidam sunt Pfylli nomi-

nomine, quib. diuersum accidit. ab aspidib. enim icti, nullū sentiunt damnū: cū reliquorū hominū morsus ab ijs nemo mortē effugiat. In Lycia nascitur xx.

quædā herba caprarū pernicies, ægolethron Græci vocāt. eā nulla Lycia capra gustat. Quòd si peregrina incidat, et ob ignorationem edat, interit, corrupto omaso. Gyarus insula est, Carysto xxi.

& Andro vicina. ibi mures ferrum perdunt. Estq; ea in insula spina, nomine acherdos, lethalis: & interficit arbores alias, si in eas incutiatur. Idē xxii.

facit aculeus marinę pastinacę: quo si dētes attingātur, cōputrescunt. Peculiaria quędam occurrūt in animalium cō-

parationibus, alterationibus, atq; ortibus. Nā in Ægypto loca quędā sunt, vbi si defodiatur taurus, ita vt cornua dūtaxat su-

pra terrā emineant, eaq; deinde ferra am-

putētur, ferunt apes euolare: putredine Miri animalium
ortus.

enim taurū in istud animalculū mutari.

Quò videtur etiā Philetas animum intēdisse, homo admodum curiosus. vocat enim apes taurigenas, hoc versu:

Taurigenas, hæc fatus, apes longinquus adijsti.

Ferunt etiā crocodilū scorpions generare, & ex equis vespas nasci. Atq; Arche-
laus quidā Ægyptius (vnus eorū qui Epi

grammatis miraculosa Ptolemæo enarrarunt) de scorpijs ita cecinit:

In uos dissoluit morte, & redigit crocodilum

Natura extinctum, scorpij, omniparens.

De uespis autem:

Progenies est ista cadauere nata ab equino:

Natura hac uespas conditione creat.

Aristoteles etiam è sisymbrijs (herbæ id genus est) putrefactis scorpios nasci
 xxiv. ait. Non minus his mirabilia sunt
 ea animalia, quæ perdūt id quod prodesse poterat: ut galeota, cum exiit senium, conuersus id deglutit. Est enim, ut Aristoteles recenset, medicamentum contra epilepsiam. Similiter phoca, postquam peperit, genituram. nam is eiusdē morbi est remedium. Feruntur & equæ uorare hippomanes, quod pullis recens natis in fronte enascitur, & ad uarios usus quæritur. Et ceruæ dextrum cornu defodere, utile ad multa. Hæc siue dedita opera, siue fortuito ita fiât, multam
 xxv. desiderant animaduersionē. Polypus, per hyemem sua comedit acetabula. Hoc est illud poetæ:

6 *Hyberna iam luce, pedes quando ossib. orbus*
Arrodit proprios. — Mustelarum
fœtus ex utero procedentes pascunt, rursumq;

sumq; per os intrant. Leæna bis non concipit. nam, ut perhibet Herodotus, cum fœtibus etiã matricem eijcit. Neque uipera bis parit. nam fœtus eius utrum peredit. Vespertilio sola omniũ xxvi.
 auium dentes habet, & ubera, & lac.

Aristoteles affirmat, phocam quoq; , & balænam, lac habere. Et his non minus prodigiosum est, quod scribit: in Leno caprum, cum mulgeretur, tantum lactis dedisse, ut ex eo colostrâ fuerint confecta. Mares alcyonum Ceryli uo- xxvii.

cantur. hi, cum senio uiribus amissis, uolare posse desinunt, gestantur alis femellarum. Atq; huius historiæ germanum est, quod Alcma cecinit. Imbecillis enim propter senectutem, neq; iam choros uenã ducere, aut saltationes uirginum assistari ualens, ita ait:

*Gutturè dulcisono cantantes sacra puellæ,
 Non mea iã me membra ualent gestare choreis.
 O' utinam mihi fata darent, ut cerylus essem,* 7
*Veris auis, qui purpureas maris improbus undas
 Semper obit, fluctus tumidosq; superuolat usq;
 Alis alcyonum uectatus. —————*

Homerus quoq; ab omnibus dicitur xxviii.
 singula accuratè & curiosè indagasse. Etenim Vlysses ad subulcũ tendēs, cū canes irruerēt,

- Odyss. 5. *Astu subsedit, manibus delapsaq; virga est.*
31. Ferunt enim, canes, si quē insequantur,
 XXIX. si is subsideat, maleficio abstinere. Ea
 quoq; animalia mirabilia sunt, quæ se lo-
 cis adsimilant. vt polypus, qui colorē so-
 li, supra quod fertur, ita æmulatur, vt di-
 scerni ab eo nequeat: omnisq; adeò rei
 quã amplectitur. itaq; & captu difficilis
 est. Vnde nimirū poeta tritū illud sumfit:
Fili, polypodis naturam imitare, & ad omnes
Te promptè casus compone. ———
- XXX. Idem chamæleo facit, qui ad truncos
 arborū, & folia & terrā, quocunq; loco,
 colorē suū mutat, eiq; similitē assumit.
- XXXI. Aristoteles tradit, tarandū quoq; ea esse
 8 natura. animal esse quadrupes, ferè asini
 simile, crassa cute, & pilis intectā: mirūq;
 XXXII. esse, quòd pili tā citò alterātur. Her-
 ba quædam tripolium in saxis nascitur,
 ad oram maris. ea florē edit, qui vna die
 rer colorem mutat: aliquando albus, ali-
 quando puniceus, aliquando gilvus.
 Iam reliquas animalium calliditates, qui-
 bus vtuntur in pugnis, in curatione vul-
 nerum, in apparatus rerum ad vitam ne-
 cessariarum, in amore prolis & parentū,
 in memorando, absolutissimè aliquis
 ex Aristotelis collectaneis potest per-
 cipere.

Cipere. Ex quibus nos primùm decer-
 pere selecta quædam instituimus. A- xxxiii.]
 pud Conopium, ad lacum Mæotidem,
 inquit lupos accipere à piscatoribus ali-
 menta, & eorum piscationis instrumen-
 ta custodire. quòd si aliqua se affectos in
 iuria putent, lina & pisces eorum tunc
 infestare. In Thracia, eo loco, qui o- xxxiv.]
 lim Cedripolis fuit usurpatus, homines
 & accipitres societate aucupij seruare.
 nam auiculas ab hominibus lignis ex-
 gitari, insectari exagitatas accipitres, fu-
 gientesq; auiculas in homines incidere.
 itaq; homines præde partem accipitri-
 bus dare. Ceruas parere iuxta vias, xxxv.]
 fuga ferarum. nam ibi lupos minimè esse
 infestos. Ducere etiam fœtus suos ad sta-
 tiones, & adsuefacere ad locum in quem
 se fuga recipiant. eum esse saxum præru-
 ptum, ad quod vna tantum via peruenia-
 rur. Iam & achainam ceruam esse ca-
 ptam, quæ hederam habuerit in corni-
 bus, veluti humidis ac mollib. Capi e- 10
 riã ceruas fistulis ac cãtu, cū præ volupta-
 te procubãt. Capras syluestres in Cre xxxvi.]
 ta sagittis icetas, dictamnũ quere: vtpo-
 te quæ herba vim teli expellendi habere
 videatur. Pardalim ferunt depræhen xxxvii.]
 disse, quòd suo odore animalia delecten

- tur: itaq; se occultare, & iuxta prætereū-
 tia uenari. Ichneumonē aspide cō-
 specta, non prius eam aggredi, quàm a-
 lios ad auxilia acciuerit. contra morsus
 autem & ictus humectare eos corpora,
 & in puluere uolutare: itaque se luto
 oblinere. Trochilos aiunt détes cro-
 codilorum purgare, indeq; ali. & senti-
 re crocodilum hanc suā utilitatē: ideoq;
 cum exire uult trochilus, collum mo-
 uere, ne eum commordeat. Testudi-
 nem, ubi serpentem edit, origanum in-
 super edere. & quodam tempore fuisse,
 qui re obseruata origanū euellerit: itaq;
 testudinē eo destitutā, perijsse. Mu-
 stelam, priusquam cum serpente pugná
 ineat, rutam edere: cuius odor serpen-
 ti est inimicus. Quin & contra serpen-
 tum ictus, merum per rutam decolatum,
 ac potum, prodesse. Sus quoq; à ser-
 pente moría, statim ad aquam fertur, &
 cancrum quærit. nam & is inter ea recen-
 setur, quæ aduersus serpentum ictus ua-
 lét. Palumbes percussa origanū uul-
 neri indit, hocq; modo sanatur. Aristo-
 teles hirundinem tradit, in conficiendo
 nido festucis permiscere atq; implicare
 lutum: eoq; deficiente, ipsam se in cæno
 uoluta-

uolutare, idq; alis apportare: atq; cubi-
 culum sibi more hominū conficere, infer-
 nē positis duris. tum pullis eam diuidere
 alimentum, obseruato ne bis eidem det.
 Fimum ipsam eijcere, pullis adhuc par-
 uulis: postquam adoleuerint, docere eā
 ut foras conuersi excernant. Colum-
 bas nolle cum pluribus coire: neque o-
 mittere coitū, nisi viduus aut vidua fiāt.
 Pullis falsugine præditam terram præmā
 sam in os inspuere, alimentumq; ijs ita
 præparare. Perdices, si quis eorum XLIV.
 pullos venerit, ante venatorem prouol-
 ui, veluti caduco laborantes morbo:
 itaque eum trahere, dum effugiant pul-
 li. Et cum perdices sint coitus auidi,
 ouis damnum eos dare: & cupere effe-
 ctum, ne ijs incubare possit femella. Sed
 hanc astu contrā uti: atque fuga ela-
 psam, ita pullos excludere. Viduos por-
 rō inter se pugnare: victum sequi, atque
 ab eo solo iniri. Grues in altum e- XLV.
 uolare, ut procul prospiciant: ac si nu-
 bes aut tempestatem cernant immine-
 re, quiescere. Esse etiam ijs ducem. &
 reliquas quidem dormire capite subtes-
 alam abdito: ducem nudo capite pro-
 spicere: & si quid sentiat, clamore alijs
 i signum

XLVII. signum dare. Pelecanos narrat, conchas femellas deglutire: cumq; eas aliquantulum in summo ventris detinuerint, hiscere, atq; euomere eas, sicq; carnes eruere, & vorare.

XLVIII. Sunt qui affirmant, vulturis nunquam neq; pullum visum cuiquã esse, neq; nidum. itaq; Herodorum Brysonis sophistæ patrem dixisse, eos venire ab alia sublimiore terra, & parere in rupibus inaccessis.

XLIX. Quosdam narrare, esse etiam auem cinnamomum, quæ aromata ferat, è cinnamomoq; nidum construat in celsis inaccessisq; arboribus: incolas sagittis plumbo præfixis iaculari & deicere nidos.

L. Cuculum credi suppositicios adsciscere pullos. quòd enim sit timidus, & defendendo impar, eum etiam à minimis velli auibus. Aues autem quæ pullos ipsius rapiunt, suos eicere, eo quòd cuculi pullus sit elegans.

LI. Ægithum auem aduolare ad capram, & lac eius sugere: inde ei nomō hoc factum. mammam autem quam sugit, obthurari. Clauda est hæc auis. Itaq; Callimachus Ægyptius, ut admodum difertus videretur, facta alterius auis mentione, ita scripsit:

— Et partes claudus in ambas Aegithus. — verum non stat hæc eius sententia. non est enim vtrinq; claudus: quod *ἀμφιγυῖαι* vox Græca vult, qua vsus est. quæ Vulcano tribuitur, claudo vtrinq; pedem. ac de Callimacho quidem vt dicerem, absurdum eius dictum fecit. Porro Ari- LII

stoteles ait, aquilę senescenti rostrum exficari & incuruari, tandemq; eam fame interire. Phanam verò pullos ab aquila proiectos accipere, & enutrire. Aquilam pullos suos etiamnum paruulos cogere in solem intueri: & qui lacrymatur, neq; oculos soli obuertere sustinet, interficere. Inter pisces ranam, quæ piscator vocatur, pisciculos venari iis quæ ab oculis extremis propendent oblonga & rotunda seu teretia, & instar escę sunt. his eum occultatis, sese protēdere. Torpedinem in mare se de- LIII,

mergere, & pisciculos (qui propius vbi accessere, præ torpore natate nequeunt, capere. Vulpes quæ vocantur, cum LIV,

sentiunt se hamum deglutijisse, sursum efferri ac funē mordicū rūpere. Poly LV,

pū alimēta reponere in suas cauernas, et cōsumtis quę vsui erant, inutilia eijcere,

i 2 pisci-

- pisciculosq; ad eiecta conuenientes captare. colorem imitatur lapidum, aliarumq; ad quas accedit rerum: idq; facit, cum est in metu. Vide quid nauta polypus subtilitatis vsurpet. Testam habet, qua inuerfa sursum fertur, vt deinde facilius deorsum ferri queat. cum enim sursum euasit, obuertit eam. Habet autem inter sua flagella quippiam continuum, membranæ instar: eo, cum ventulus est, loco veli vtitur: demissis flagellis, que ei clauis vsu exhibent.
- L VII. Apes cum fumo suffiuntur atq; vexantur, tum maximè edere: reliquo tempore ijs parcere, quæ cibi gratia reposuerunt. Lacrymis arborum aluearia inungere oportet, propter alias bestias. Quas bonæ apes occidunt, conari occidere extra alueare: quòd si intus occidunt, efferre. Qui fures appellantur fuci, si insinuare se intrò possint, nocere. verùm rarò hoc fieri: quia obseruentur ab apibus, quæ vbiq; custodiant. Singulis eas esse operibus destinatas: aliàs flores congerere, aliàs mel conficere. Molestam ijs esse alimenti fœtorem, vnguentumq;: & excrementa eas foris deponere, ætate grauiores intus

intus operari. Si quis vespam cruribus arripiat, & prioribus * aduolare ait eos qui aculeo carent, aculeatos non item. Monotum nasci aiunt in Pannoniæ ^{LVIII.} monte Marsano, carere superioribus dentibus, vt & bouem, & reliqua duobus cornibus prædita: cætera quoque tauro esse adsimilem. Agitatum longè emittere merdam: quæ (si id metu compulsus faciat) tanto sit ardore, vt iumentis ea tactis pili defluant. si metu liber faciat, nihil tale fieri. Quam femellam semel iniuerit ac imprægnauerit, ab ea porrò abstinere. Ferunt, Scytha- ^{LIX.} rum regi equam fuisse generosam. ad hanc adductum pullum ex ipsa natū, vt eam iniret. verū id pullum detrectasse. Equam tamen velatam ad se adductam conscendisse: cumq; detectæ faciem vidisset, profugisse, ac se ipsum per præcipitium deiecisse. Ani- ^{LX.} malium in mari degentium esse mansuetissimum delphinum. nam & puerorum amore eum capi, vt circa Tarentum, Cariam, aliaque multa loca. In Caria cum vincus esset delphinus, ac multis affectus uulneribus, multos ferunt alios delphinos in portum auxi-

- lij ferédi causa aduenisse, dū illū piscator
 LXI. dimitteret. De luparū partu quip-
 piā prorsus fabulosum narrat, similisq;
 est sibi eius cōscio. Ait enim, eas omnes
 quotannis per XI Idies pārere. Causam
 huius esse, vt fertur, quòd Latonā sub lu-
 pę adspectu XII dierū spacio ex Hyper-
 LXII. boreis in Delū pertulerunt. Noctuā
 & cornicē inimicicias exercere: & infi-
 diari cornicē noctuæ interdiu, quia hæc
 rū visu priuatur: noctuā verò cornici no-
 ctu, quia tūc ea nihil cernit. itaq; alterā in
 LXIII. terdiu, noctu alterā superare. Itē asini
 nū & ægithū. prætereuntem enim solui
 12 in spinas. eam ob rem, & quòd asino ru-
 dente ægithi oua excidunt, perterritiq;
 pulli: huius damni memor ægithus inuo-
 LXIV. lans, vlcera asini rostro ferit. Æsalone
 nem quoq; vulpis esse hostem, coruum
 vulpis socium: atq; hunc cū æsalone bel-
 lū gerere, & vulpi plagas accipienti opi-
 LXV. tulari. Caprarios perhibent dicere,
 quando primū Sol se conuertit, capras
 LXVI. versis oculis cubare. Huius germa-
 num est quod Lycus narrat: in Africa, iu-
 menta reliquo tempore alia alijs aduer-
 sa, alia vtrunq; posita cubare. nocte au-
 tem ea qua canis oritur, cubare ea ipsi
 astro

astro obuersa: eoq; ortus caniculæ signo
 incolas uti. Enimuerò Aristoteles, præ
 ter calliditatis, quã animalia in vita sua
 degenda vsurpant, descriptionem, etiam
 huiusmodi quædam narrat, ut qui per-
 multum diligentię plerisq; eorum impê
 derit: & non obiter, sed seriò narrationi-
 bus hisce vacauerit: ad summam LXX
 circiter libros de ijs composuit, conatús
 que est longiore quàm historia requirit
 narratione singula tractare. nosq; insti-
 tuimus, ea quæ rarum aliquid habent,
 aut mirabile, cùm ex ijs, tum ex alijs deli-
 bare. Ait igitur, terrestria omnia re-
 spirare, quæcunq; pulmones habent: ve-
 spas autem & apes non respirare. LXXVII.
 Item, quibus venter, ijs etiam vesicâ esse: LXXVIII.
 ac contrâ. Exsanguia esse cùm alia LXXIX.
 multa animalia, tũ in vniuersum quę plu-
 res quatuor habêt pedes. Omnia cri- LXX.
 nita viuos edere fœtus: nõ vicissim. O-
 mnia animalia inferiorem mouere man- LXXI.
 dibulam: demto fluuiatili crocodilo, qui
 solus superiorẽ mouet. Esse in Illyrio LXXII.
 & Pãnonia monychos. Nullũ animal in-
 uentũ esse, quod solidã vngulã & duo ha-
 beret cornua: afinũ Indicũ solida vngula
 et vno esse cornu. solũq; de solidungulis

- LXXIII. talū habere. Felis genitale membrū
 LXXIV. esse osseū. Et inter homines, & in reli-
 quis animalibus, plures dentes esse ma-
 LXXV. ri quàm feminæ. Equorū, aliarumq;
 nōnullarum bestiarum cor esse osseū.
 LXXVI. Ceruorum, qui Achaini vocantur, fel vi-
 LXXVII. deri esse in cauda. Pisces stomacho ca-
 rere. ideoq; magnorum, cum minorē in-
 LXXVIII. sectantur, ventriculū in os prolabi. Ser-
 pentes costis esse XXX præditos: & si
 quis oculos eorum effodiat, itidem vt hi
 LXXIX. rundini renasci. Piscium* solum non
 habere os acutū. Leonis ossa ita esse so-
 LXX. lida, ut sæpe ijs percussis ignis exilierit.
 LXXXI. In Phrygia boues esse, qui moueant cor-
 LXXXII. nua. Crinita esse animalia, quæ pedes
 habent, & uiua pariunt. Squamas, quæ pe-
 LXXXIII. des habent, & oua pariunt. Quibusdā
 ægrotātib. canos enatos: qui sanitate red-
 dita, rursus in nigrū colorē uerterint.
 LXXXIII. In Thracia flumen ad Chalcidicā, nomi-
 ne Cochrynnam, ab ouib. potum, nigros
 facere fœtus. Duo etiam esse in Antā-
 dria flumina, quorum alterū nigra, al-
 terum alba gignat. Videri etia Scaman-
 drum fulua facere: vnde & poëta eū pro
 Scamandro Xanthum, id est fuluū, dixe-
 rit. In Eubœa, iuxta Italicā Chalcidi fini-
 timam,

rimam, duos esse amnes, Cerontem & Neleum: de quibus si bibát mulieres circa concipiendi tempus, à Ceronte nigra, à Neleo alba pátere. Formicas, si origano & sulfure circùm obthurentur, deferere sua formicaria. Anguillá neutrius esse sexus. Perdices, si ad ventum à marib. stent femellæ, cócipere. Asterem adeò esse calidum, vt quencunq; piscium arripiat, eum illicò elixum reddat. Spongiæ sensum esse. nam si presentiat adesse qui velit auellere, contrahere se, & difficulter reuelli posse. idem fieri sub ventum, aut fluctus. Etiam in niue esse animalia vermium forma, ac hirsuta. In Cypro, cum Chalcitis lapis vritur, animal nasci mure paulo maius: idemq; in animalibus Carystijs. emori illa, à niue: hæc, ab igni separata. A¹ Salamádra ignem extingui. Ad Hyppamin fluiú, qui est apud Bosporú Cimmerium, sub brumam deferri quasi vtriculos quosdam maiores acinis: quibus ruptis, exire animal quadrupes alatum: idq; vnum modò diem viuere. Peculiarre est etiá hoc, quòd quadrupes animal est alatum. Aluearia perire, siue rege carent apes, siue plures vno habeant.

XVC.

LXXXVI.

LXXXVII.

LXXXVIII.

LXXXIX.

XC.

XCI.

XCII.

14

XCIII.

- XCIV. Scorpios terrestres à sua perimi prole.
Phalangia matri necem inferre, sepe etiã
XCV. patri: is enim iuxtã ouis incubat. In
hominis corpore existere veluti pustulas
exiguas, quas si quis perforet, exire
pediculos: & si quis omittat, in pedicu-
larem morbum incidere, quo Alcmaeo
physicus, & Pherecydes Syrus confecti
XCVI. sunt. Id quoq; singulare est, cadauerũ
quorundam medulla putrefacta, è spina
serpẽtes paruos enasci, ijs qui ante obi-
tum serpentis cadauer odorati sunt. Et
nos in Epigramma incidimus Archelai
eius, cuius antè quoq; facta est mentio
à nobis. is de mirabilibus id quoque
scribit:

*Cuncta in se alternis æui vis longa reuoluit,
Et vicibus certis omnia mundus alit.*

*E' curuæ spinæ serpens (res mira) medulla
Nascitur, hoc monstrũ putre cadauer habet:
Traxerat exanimi viuus serpentis odorem,
Post sua quem rursus funera gignit homo.
Credamus nasci Cercopem potuisse bimẽbrem:
Exemplis res est nunc ea mira minus.*

- Hoc ita & auditu accepimus, & isto e-
XCVII. pigrammate testatum. Cæterũm A-
ristoteles ait in cera nasci animal, quod
omnium videatur esse minimũ & Aca-
retum

retum vocetur, Iouis promū. Croco-^{xcviii.}
 dilum verò è minimo fieri maximum.
 quippe ouū esse maius anserino: ipsum
 animal ad VII atq; adeò X cubitos cre-
 scere. Carabos à polypode capi, quòd ^{ic.}
 à testis nihil ei accidat mali. Polypum à
 congro, cui ob læuitatem nocere poly-
 pus non potest. A carabo congrum vin-
 ci: quòd elabi non possit, sed ob asperi-
 ratem testarum conscindatur. Mugi-^{c.}
 lem ait, cùm in metum venit, caput ab-
 dere, quasi totū ita corpus occulter. O-^{ci.}
 mnia adunca esse imitādi facultate præ-
 dita. A cane rabiosa morfa omnia in ^{cii.}
 rabiem agi, præter hominem. Ani-¹⁵
 malium longa esse mascula, secunda fe-^{ciii.}
 mella. In Ægypto, defossis in fi-^{civ.}
 mum ouis, pullos excludi. Syracu-^{cv.}
 sis quendam bibulum hominem oua in
 terram defodisse, impositoque tegete
 continenter eò vsque bibisse, dum oua
 exculperentur. iam posita in vasis, lage-
 nis extrita fuisse, & accessisse. Hirun-^{cvi.}
 dinum pullis oculi si effodiantur, eos vi-
 sum recipere. Accipitrē terna parere: ^{cvii.}
 sed pullis iam adultis, vnū deligere, quia
 oēs alere nō possit, cùm per id tēpus vn-
 gues eius peruertantur, nihilq; rapiat.
 cum

- eum autem deceptum, vocem simulare.
- CVIII.** Et in vniuersum ad uncis vnguibus præditas volucres, pullos suos, cū primū volare possint, eijcere. demta cornice, quæ
- CIX.** etiam volantes aliquādiu nutriat. Cuculi pullos, à nemine vnquam visos. parere enim eum non in proprio nido: sed
- * ornithiarum, phaborum, aut hypodyfidum nidos inuolare, cum ad sua oua cō-
- EX.** fugit. Perdices facere cellas ouorum, incubare, & alere vtrosq; . & pullos, cum primū eos educunt ad coitum, pugnare, sua cute armatos, quam asperam faciant affricando ad arbores, cænoq; contaminando & resiccando. Ait quosdā scribere, sibi non compertum, si cui alter oculorum excindantur, eum mox mori.
- CXI.** Capras & oues si septentrionalibus locis coëant, plerunq; mascula: si austrinis, feminea parere. albos fieri fœtus, si sub lingua arietis albæ sint venæ: nigros, si nigræ. Idem esse de rufis, si ante coitum
- CXII.** fallam bibant aquam. Laconicos canes, vbi defatigati fuerint, magis coire.
- CXIII.** Maximè admirabilem esse murum generationis celeritatem. nam aliquando fœtam murem in vase inclusam fuisse, pauloq; post ibi extitisse mures **CXX.**
& in

& in Persia quodam loco dissectis muri-
 bus feminis, fœtus in vtero prægnantes
 esse inuentos. Apeithi fertur & acan- **CXIV.**
 thidis sanguis ægrè misceri. Caprarū **CXV.**
 vna si arripiat extremitatē Orytij, quod
 est instar pili, reliquas stare veluti demē-
 tatas, & in illam intueri. Genitale vi- **CXVI.**
 uerræ osseum esse, & pro remedio stran-
 gurię haberi. Nullum eunuchum vn- **CXVII.**
 quam caluum fuisse. Secundo loco **CXVIII.**
 natos crines ijs qui à puero sunt corru-
 pti, non manere: posteriores amitti, ijs
 qui ad pubem sunt exceptis. Mulierē **CXIX.**
 nō vltra quinq; vno partu edere: memo-
 riæq; fuisse proditum: quādam quatuor
 partibus viginti enixam, & plerosq; ho-
 rum enutritos fuisse. Si prægnās copio- *
 siore vtatur, pueros nasci vnguibus ca-
 rentes. Esse autē cūm viros, tum mu- **CXX.**
 lieres, vel mares solos, vel feminas dun-
 taxat qui procreent. quod & de Hercule
 narratur, qui inter LXII liberos vnicā
 tantū filiam habuit. Quosdam etiā **CXXI.**
 à claudis & cæsis, claudos cæsosq; esse
 prognatos: nonnullos & stigmata in na-
 tiuitatē sua protulisse. Elide mulierē **CXXII.**
 ab Æthiope adultero imprægnatam, fi-
 liam peperisse albam, atq; ex hac natum
 æthiopem.

- CXXIII. æthiopem. Puerulos intra quadragesimum à natali diem neq; ridere, neq; flere vigilantes, dormiētes vtrunq; facere.
- CXXIV. Quin & de pernoscendis ex corporis lineamentis hominum naturis atq; moribus talia tradidit. Tardiores esse, quibus frons est magna: quibus parua, mobiliores: (vbiq; addens, id in plerisq; locū habere) quib. lata, attonitos. Supercilia recta, molle ingenium: ad nasum inflexa, austerū: ad tēpora, illusores atq; simulators notare. Hirquos carneos malicię signū esse: aures mediocres optimi ingenij, magnas & arrectas stoliditatis & nugacitatis. Animalium feminei sexus, ad coitum maximè esse procliuē equā: vnde hippomania, seu equæ furor dictus sit, ac de scelerata vsurpetur etiā maledicētia: itaq; exprobrari mulieribus rei Venereæ cupiditatem. Videtur etiam Æschylus sciēter hoc expressisse in Toxotidibus, his ad virgines verbis:

Ego nuptiales castis virginibus canam

Astus, oculorumq; insidias micantium.

& facta intercapedine addit:

Non vlla experta virgo nos sefellerit

Virum: se prodit ipsa oculis flagrantibus.

Hac arte gnarus ipse equas dijudico.

Atq;

Atq; hæc sunt quæ de multis Aristotelis scriptis in præsentia potuimus vel deligere, vel memoria repetere. Historiæ scriptor ait, Arsamé Persam natū esse dētatum. Myrsilus Lesbios, Locros Ozolos ait gētile cognomē adeptos à fœtore suę regionis, maximè mōtis qui Taphius appellatur, vnde in mare defluat quasi riuus puris. eo in mōte sepultū fuisse Nessum centaurū, ab Hercule interfectū. Lénias mulieres fœtorē cōtraxisse, cum ad eas Medea cū Iasone aduenisset, & venenis regionē infecisset. ac maximè eo tempore, quo Medea ibi fuit, ita eas oluisse, vt viri earum abstinerent congressu. Theopompus historicus scribit aconitum nasci in cautibus (eæ Græcis sunt acorę) ad Herculeam in Ponto, indeq; nomen habere. id cum sit venenū admodū validū, nihil tamē ei obest, qui qua die id offertur ipsi, rutā biberit. Itaq; cū Agatharchus tyrānus multos veneno sustulisset, conareturq; latere: re detecta, plerasq; Heracleotarū non antè egressos domo, quàm rutā edisset. Scribit etiā occasionē & principiū rei, sed quia hoc nimis longū videbatur, omisimus. Is qui Samios fines descripsit, ætate eorū qui

CXXVIII.

CXXIX.

16

CXXX.

CXXXI.

CXXXII.

- CXXXIII. qui Herostrati discipuli primi sunt vocati, ait hirundinem albam visam. Hippo Reginus, de Locis quę res incidentes perdunt, sic scribit: Athenis, regnante Epæneto, Olympiade XXXVI, qua Arytamas Laco stadium vicit, in Sicelia apud Palecios locum exædificatum fuisse, in quem si quis ingressus se reclinasset, mortuus fuerit: sin obambulasset, nihil mali passum. Traditur etiam, apud Leucen insulam nulla volucris superuolare posse aram Achillis. Multis locis videtur voraginum, seu quę Charonia vocantur, esse genus: vt fossa quę Cimbrica vocatur in Phrygia, Eudoxo teste:
- CXXXIV. & fossa in Latmo. Sunt & quę cum Luna crescunt ac decrescunt: vt muriū iocinora, quę simul cum Luna ferunt augeri & minui: ideoq; de prodigiosis miraculis apud multos prouerbij loco
- CXXXV. vsurpari, Murum iocinora. Idem accidere marinorum echinorum ouis. Peculiare est, quod quiuis eorum quinque habet, æqualibus inter se interuallis distita: & circulum qui testæ ambitum circundat, vt ei æquales à centro lineæ accidant. Ferūt etiam: circa fretum Italiae decrescere & impleri secundum Lunam in-

næ incrementa & decrementa. Hel. CXXXIX.

lanicus Lesbius narrat, Thebis Ægyptijs esse specum in vrbe, in quo trigesimo quoq; mēsum die nullus ventus sit, reliquis diebus ventosis : videriq; eum delectum aliquid inscrutabile & obseruatu difficile habere. Sicut & hoc, quod CXL.

Euripus septimo quoq; die nō reciprocatur : & formicæ nouilunio quiescunt. Delphi autem aiunt, in Parnasso certis CXXI.

quibusdam tēporibus Coricium videri auri simile. Itaq; etiam Philoxenum nemo rectè repræhenderit, qui ita scripsit: 18

*Parnassios Nympharum per thalamos,
Auratis insignes culminibus.*

Phyllis ferunt greges quinto demum CXLII.
die potari. Prodigiosius eo est, quod CXLIII.

in Zacyntho fit. Nam quo tempore spirant Etesiæ, capri hiantes stāt versus Boream : eoq; contenti, aquam non requirunt, neq; bibunt. Conscripsit etiam CXLIV.

Callimachus Cyrenæus quendam mirabilem delectū : ex quo ea decerpemus, quæ auditione videbuntur digna. Eudoxum ait narrare, in mari Thraciæ, ad montem qui Sacer dicitur, quibusdam temporibus bitumen in superficie ferri. Et mare quod est ad Chelidonas, multis

k locis

- CXLV. locis fontes habere dulces. Theophrastus tradit, mare circa Æoli insulas, ad duorū iugerum spaziū, ita feruere, vt ob
- CXLVI. æstū intrare id nemo possit. E' mari autē quod ad Delū insulā est, Carthaginensiu vrinatores æs ad duas vlnas efferre: è quo ære, statuæ in Phæneo ab Hercule positæ, fuerint cōfectę. Megasthenē, rerū Indicarū scriptorem referre, arbores
- CXLVII. in mari Indico nasci. De fluminib. & fontibus Lycū ait perhibere, Camiscum fluēte mari fluere: Capæū & Crimisū in superficie frigidos, infrā calidos esse. Himerā ex vno fonte in duos scindi alueos, alterumq; fluuium salsum, alterū potabile esse. Timæū narrare, Crathin, vnū
- CXLIX. de amnibus Italiae, crines flauos facere.
- CL. Polycritū scripssisse, fluuium qui est apud Solos, non iniuria Liparin, id est pingue, appellari: quippe ita pinguedinem corporibus illinere, vt vnctione nihil sit opus. Muabum in Pamphilia iniectam Stæben vel * in lapidem verte-
- CLI. re. In regione Thracū, qui Agrij, id est feri appellantur, fluuium esse, nomine Pontum, qui lapides carbonum similes alueo deferat suo. hos lapides vri quidē, sed planē contrario modo atq; carbones ligneos.

ligneos. quippe extingui, si flabris ex-
 scitetur: aqua cōspersos, facilius ardere:
 odorē horū nullū reptile tolerare. [Fō- CLII
 tem qui Lusis est, itidē vt eū qui Lāpfaci,
 mures in se habere, domesticorū similes.
 hęc Theopōpum narrare. Eudoxum CLIII
 porrò tradere, Ophiusam, quę est in Alo,
 impetiginem abolere. Lycū Reginum CLIV.]
 dicere, fontē in Sicanorū regione acetū
 ferre, quo in cibus vratur. fontem in Cy-
 stitrato, tanquam oleo fluere, quod oleū
 & in lucernis vratur, & ad tubercula sca-
 biemq; sanandā faciat, appelleturq; Cy-
 stitræū. In propinquo fontē esse, qui ab
 Arcturo vsq; ad Pleiades, nō secus quàm
 alij fontes, aquā suppeditet. sed à Pleiadē
 vsq; ad Arcturū, interdiu fumū efferre, &
 calidū spirare: noctu autē flāma impleri.
 Arethusam, qui Syracusis est fons (vt & CLV.
 alij & Pindarus testantur) fontem habe-
 re ex Alpheo qui Elidē præterfluit. itaq;
 etiā Olympiorum diebus, cum vĕtres
 victimarum in fluuio eluuntur, aquam
 in Sicilia puram non esse, sed fimo flue-
 re. Et ait quodam tempore paterā in Al-
 pheū cōiectam, in Arethusa extitisse. idē
 narrat Timæus. Theopompū ait me- CLVI.
 moriæ prodidisse, mori illicò qui fontē

- gustarint, qui est apud Cincropsofes
 CLVII. Thraces. Scotusæ autem fontem esse
 20 peculiarē, qui non hominū modò, sed &
 pecoris vulnera valeat sanare: lignumq;
 etiam fissum & cōfractū si iniicias, coale-
 CLVIII. scere. Fontem in Chaonia esse, cuius
 CLIX. aqua elixādo in salē mutetur. De fon-
 tibus apud Ammonem, esse ab Aristote-
 le perhibitū, eum qui Solis esse putatur,
 media nocte & media die calefcere, ma-
 nē & vesperi instar esse glaciei. alterū so-
 le descendente concrefcere, stare autem
 CLX. accedente Sole ad occasum. Ctesiam
 scribere, in Æthiopia fontem aquam ha-
 bere instar cinnabaris rubētem, quæ po-
 ta vēcordes reddat. Idem & Philo tradit,
 CLXI. Æthiopicarum rerum conditor. In In-
 dia fontem esse, in quē etiam leuissima
 quæq; coniecta subsidant: idq; plures, &
 CLXII. diuersis de aquis prodiderūt. Eudo-
 xum narrare, fontē Carthagine paruos
 habere crocodilos Ægyptiorum similes.
 CLXIII. In Athamania fanū esse Nympharum, in
 quo fons sit, cuius aquæ frigus sit ineffa-
 bile: quidquid autem superponatur, id
 calefcere: & si quis sarmenta aut aliquid
 CLXIV. tale admoueat, id inflammari. In vrbe
 Arabiae Leucothea, Amometum ait scri-
 bere

bere (qui nauigationem à Memphi ad
 fontem Ifidis expertus est) si quis vini
 cotylam infundat, potum fieri probè tē-
 peratum. De paludibus Ctesia narrare, CLXV.
 esse in India paludes, vnam quæ iniecta
 omnia demittat: sicut & quæ in Sicilia &
 Media, demto auro, ære & ferro. & si
 quid obliquum incidat, rectum ei jci:
 mederi autem vitiligini albæ. aliam, in
 qua statis diebus oleū supernatet. Ze- CLXVI.
 nophilum autem, vicinè Ioppè paludem
 non modò quoduis onus sustinere, sed
 etiam tertio quoq; anno ferre liquidum
 bitumen: quod cum fit, apud eos qui in-
 tra XXX stadium habitât, imminui se-
 cturas ærarias. Paludem Sarmatiæ, ab CLXVII.
 Heraclida scribi, esse, quam nulla super-
 uolet auis: & quæ accedat, eâ fœtore ne-
 cari. Quod & apud Aorni lacum contin-
 gere creditur, fama q; apud plurimos ob-
 tinuit. Timeus id quidem pro menda- CLXVIII.
 cio habet. pleraq; enim fortuitò fieri, quæ
 ibi euenire assolent. id autem dicit, quòd
 cum arboribus obsita sint loca quæ ei pa-
 ludi imminēt, multiq; rami & folia ven-
 tis defringantur atq; deturbentur, nihil
 videri quod ei insistat, sed manere purâ.
 Eudoxum ait narrare, è lacu Zacynthio CLXIX.

- picem efferri, quamuis pisces præbeat.
 Quidquid etiam in eum iniiciatur, id in
 mari apparere, cum in medio sit IV sta-
 CLXX. diorum intercapedo. Lycum perhibere,
 circa paludē quæ est Mylis Siciliae, ar-
 bores nasci: in media autem ipsa aquam
 scaturire, aliam frigidam, aliam calidam.
 CLXXI. Phanium, paludem Pyracum siccata
 CLXXII. ardere. Ascanij lacus aquam esse po-
 tui aptam: quidquid ei applicetur, id
 absq; sapone elui. sed si in ea aqua diu-
 tius relinquatur, sponte sua dissipari.
 CLXXIII. Nicagoram autorem esse, in Citto paulu-
 CLXXIV. lū exhausta terra sales inueniri. De ijs-
 dem aquis Theophrastū asserere, aquam
 Stygis esse in Phœnio, destillare ex par-
 uulo quodam saxo: eam qui petant, spō-
 gijs ligno præfixis accipere, perrumpi ea
 omnia vasa, corneis demtis. qui gustarit,
 CLXXV. mori. Apud Leontinos, Lyco referēte,
 21 qui nominantur * efferuere, ita quidē
 vt elixorum nihil sit calidius: fontes au-
 tem habere frigidos. si qua auis appro-
 pinquet, statim: sin homo, tertio post die
 CLXXVI. mori. Simile accidere apud Chytrinū
 * Coorum. nam & hunc vaporem exhala-
 re venenatum: & quæ imitantur, supra
 CLXXVII. modū frigida fieri. Esse apud Coos
 alium

alium quoq; riuulum, qui omnes aquæ-
 ductus per quos defluxit, in lapides mu-
 tarit. Id etiam Eudoxus & Callimachus
 reliquerunt, quòd ea ex aqua Coi lapidib.
 excisis theatrum ædificarunt: tantam vim
 habet omnia in lapides conuertendi.
 Eudoxum porrò de puteis qui sunt My- CLXXVIII.
 thopoli, scribere, simile eos cum Nilo ali-
 quid habere. æstate enim ultra labra im-
 pleri: hyeme ita deficere, uttingere quoq;
 non sit facile. Item de aquula in Creta, CLXXIX.
 super qua sedentes, dum pluit, sicci per-
 manent. Traditumq; esse Cretenfibus,
 ea aqua lotam fuisse Europam, postquam
 cum Ioue concubuit. Apud Lyncestas, CLXXX.
 Theopompo autore, aquam esse quandam
 acidam, quam qui biberint, non secus quam
 poto vino alterentur. eiusque rei mul-
 tos esse testes. Ctesiam tradere, ex CLXXI.
 Armenijs petris aquam excidere, quæ
 simul pisces nigros eijciat, gustataque
 interficiat. De igne Ctesiam ait nar- CLXXXII.
 rare, apud Phaselitas in Chimæra mon-
 te ignem esse qui perennis nominetur.
 qui ignis in aquam coniectus, me-
 lius ardeat: sin onus aliquis inijciat,
 extingui. Similiter videtur in sa- CLXXXIII.
 le euenire. Nam nobis Siculus hospes

- falem dono dedit, qui in igne colliquatur, in aqua exiliebat. De lapidibus eūdem tradere, apud Bortiaeos in Thracia lapidem nasci, qui Solis appulsu ignem exhalet. Is autem vt præbeat, cognoscens carbonum colorem permanentes absq; interitu, & si quis extinguat, rursus conati sunt eandem efficacitatē præstare. De his Acáthisq; Aristotelé dicere inuentum fuisse, varijs distinctum coloribus apud Erythenam, ex quo plestra fiant. ac Timon citharædus habuit, multisq; ostendit, dicens, se eo à magistro suo Artocle donatū. Esse autem durū eius in vsu contactum. Theopópum ait scribere, in Thesprotia carbones è terra effodi, qui possint cremari. Phanium perhibere, in quibusdam Lesbi locis, & apud Neandridas, glebas ad oculorum curationem conducere: inq; aquā coniectas neq; subsidere, neq; dissolui. Sub hoc genus referri possint etiam lateres apud Tanã, qui dicuntur innatare. De Cois, Lycū narrare, in Diomedeia insula erodios à Medis, si quis ad ea loca perueniat, nō modò tangi se pati, sed & in gremium deuolare, & blādè adulari. & perhibere indigenas, socios Diomedis in eā auem

auē fuisse transformatos. Theopopū ^{CLXXXIX.}
 memoriae prodidisse, Venetos, qui ad A-
 driam incolunt, circa tempus sationis
 dona graculis mittere, nimirum liba &
 pastam. ea qui ferant, vbi proposuerunt
 graculis, discedere. auium autem multi-
 dinem manere in finibus regionis colle-
 ctam: duas autem vel tres aduolare, ac
 explorata re rursus auolare, veluti
 legatos quosdam aut explo-
 ratores. Si igitur vult *

Reliqua desiderabantur.